UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Vtrum sit grauius infidelitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

ſchiſma eſt via ad hæreſim. Vnde Hier.* ibidẽ ſubdit, ꝙ ſchiſma a principio aliqua ĩ parte pōt intelligi diuerſum ab hæreſi. Cæterū nullū ſchiſma eſt, quod non ſibi aliquā hæreſim confingat, vt recte ab Eccleſia receſſiſſe videatur.

Articvlvs II.

Vtrum ſchiſma ſit grauius peccatum infidelitate.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd ſchiſma grauius peccatum ſit, quàm infidelitas. Maius enim peccatū grauiori pęna punitur, ſecundum illud Deu. 25. Pro menſura peccati erit & plagarū modus: ſed peccatum ſchiſmatis grauius inuenitur punitum, quàm etiā peccatū infidelitatis, ſiue idolatriæ. Legit̃.n. Exo. 32. ꝙ propter idolatriā ſunt aliqui humana manu gladio interfecti: de peccato autẽ ſchiſmatis legitur, Num. 16. Si nouam rẽ fecerit Dñs, ut aperiens terra os ſuum deglutiat eos, & omnia q̃ ad illos pertinent, deſcẽderintq; viuẽtes in infernū, ſcietis ꝙ blaſphemauerunt dñm Deum. Decẽ etiā Tribus, quæ vitio ſchiſmatis a regno Dauid receſſerunt, ſunt grauiſſime punitæ, vt habetur 4. Reg. 17. ergo peccatū ſchiſmatis eſt grauius peccato infidelitatis. ¶ 2 Præt. Bonū multitudinis eſt maius & diuinius, q̃ bonū vnius, vt patet ꝑ Philoſophū * in 1. Ethi. ſed ſchiſma eſt cōtra bonū multitudinis. i. contra eccleſiaſticā vnitatem: infidelitas aūt eſt cōtra bonum particulare vnius, quod eſt fides vnius hominis ſingularis. ergo videtur, quòd ſchiſma ſit grauius peccatum, quàm infidelitas. ¶ 3 Præt. Maiori malo mai⁹ bonū opponit̃, vt patet per Phil. * in 8. Ethic. ſed ſchiſma opponitur charitati, quę ẽ maior virtus, q̃ fides, cui opponitur infidelitas, vt ex p̃miſſis† patet. ergo ſchiſma eſt grauius peccatum, quàm infidelitas. † Q.10.ar.2. & q.23.a.6.

SED CONTRA. Quod ſe habet ex additione ad alterū, potius eſt vel in bono, vel in malo: ſed hęreſis ſe habet ꝑ additionẽ ad ſchiſma. addit.n. peruerſum dogma,

B vt patet ex authoritate Hier. * ſupra inducta. ergo ſchiſma eſt minus peccatum, quàm infidelitas.

RESPON. Dicendum, quòd grauitas peccati dupliciter poteſt conſiderari. Vno modo ſecundū ſuā ſpeciem: alio modo ſ̃m circunſtantias. Et quia circunſtantię particulares ſunt infinitæ, ita & infinitis modis variari poſſunt, cùm quæritur in cōmuni de duobus peccatis quod ſit grauius, intelligenda eſt quæſtio de grauitate, quæ attenditur ſecundum genus peccati.

C Genus aūt, ſeu ſpecies peccati attẽditur ex obiecto, ſicut ex ſupradictis patet*. Et ideo illud peccatum, quod maiori bono cōtrariatur, ex ſuo gñe eſt grauius, ſicut peccatum in Deum, quàm peccatum in proximum. Manifeſtum eſt aūt ꝙ infidelitas eſt peccatū cōtra ipſum Deū, ſ̃m quòd in ſe eſt veritas prima, cui fides innititur. Schiſma aūt eſt contra eccleſiaſticā vnitatẽ, quæ eſt quoddā bonū participatū, & minus q̃ ſit ipſe Deus. Vnde manifeſtū eſt, 1.2.q.72.ar.1.& q.73.ar.2.& 4.

D ꝙ peccatū infidelitatis ex ſuo genere ẽ grauius, q̃ peccatū ſchiſmatis: licet poſſit cōtingere, ꝙ aliqs ſchiſmaticus grauius peccet, quā quidam infidelis, uel propter maiorem contemptum, vel propter maius periculum quod inducit, vel propter aliquid huiuſmodi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd populo illi manifeſtū erat iā per legẽ ſuſceptā, quòd erat vnus Deus, & ꝙ nō erāt alii Dii colẽdi: & hoc erat apud eos ꝑ mul-

vnitate apponitur ſingulis fideliū eſſe relatiuū. ſ. eſſe partẽ vnius numero populi, ciuitatis, domus, ac per hoc depẽdentia apponit̃ vnicuiq; a toto. Pars .n. quælibet a ſuo toto pendet. Hinc ſecundū actionem & paſsionẽ modus, & regula habetur. Mouentur ſiquidem fideles a Spiritu ſancto ad opera vitæ ſpiritualis. ſ. credere, ſperare, diligere, ſanctificare, & ſanctificari, obedire ꝑcipere, illuminare &c. nō ſolum ſ̃m ſubſtātiam, ſed etiam quò ad modum operandi, ut. ſ. hæc operẽtur vt partes vnius totius. Et huius rei nō eſt quærenda alia cauſa, niſi quia ſic diſpoſuit Spiritus ſanctus, qui inter articulos fidei poſuit vnam ſanctam Eccleſiam, vltra ſanctorum communionem. Ipſe namque Spiritus diuidens ſingulis prout vult, voluit Eccleſiā catholicam. i. vniuerſalẽ, eſſe vnā, & non plures. Et propterea mouet ſingulos ad interius & exterius operandum, vt partes vni⁹, & propter illud vnū, & ſecundum illud unum. Quilibet.n. fidelis credit ſe membrum Eccleſiæ, & ut membrum Eccleſiæ credit, ſperat, miniſtrat ſacramenta, ſuſcipit, docet, diſcit &c. Et propter Eccleſiā hæc facit, ut pars propter totum, cuius eſt quicquid eſt, & ſecundum Eccleſiæ fidem, & traditionem hæc operatur. Et hinc fit ut inter eccleſias, quæ uidentur omnino ſeparatæ, puta, Scotiæ, & Hiſpanię, non ſolum ſit conuenientia in fide, ſpe, charitate, ſacramentis, & obedientia ad unum caput, ſed etiā colligatio partis ad partem in una numero cōgregatione, quæ primo & principaliter regitur a Spiritu ſancto, cuius unitas eſt ſummum bonum non ſimpliciter, ſed in genere bonorum ad proximum ſpectātium, ut pote bonum totius mundi non qualecumque, ſed ſpirituale: non per accidens, ſed per ſe: nec ſecundarium, ſed principale: quia eſt ipſum eſse Eccleſiæ, ut unius totius rationem habet. Signum autem huius unius, totius, & partium, eſt unitas ſynodi uniuerſalis. Hæc eſt Eccleſiæ unitas, cui opponitur ſchiſma. Nam ex eo aliquis eſt ſchiſmaticus, quòd renuit ut pars Eccleſiæ operari. Nec refert ex quacumque cauſa hoc oriatur. Dummodo enim ad hoc deueniatur, quòd renuit ſe habere ut pars unius Eccleſiæ catholicæ, ſchiſma incurritur. Ex quacumque ſiquidem diuerſitate uel ſententiarum, uel affectionum, intantum aliquis exorbitet, ut uelit ſanctificare, uel ſanctificari, docere, uel doceri, prouidere, uel prouideri, non ut pars Eccleſiæ catholicæ, ſed tamquàm ipſimet ſint uelut quoddam totum ſeorſum, ſchiſmatici ſunt. Et per hoc patet ſolutio primi dubii. Sed reſponſio ad obiectionem de charitate, in ſolutione ſecundi dubii patebit.

¶ Dicitur ergo ad ſecundum dubium, quòd quia amoris eſt uni-

A re, & vnitas Eccleſiæ eſt vnitas ſpiritualis, ideo attribuitur amori ſpirituali, qui eſt charitas, non quòd iſta vnio ſit charitas, ſed quia eſt effectus charitatis. Mouet.n. Spiritusſanctus per charitatem ſingulos fideles ad uolendum ſe eſſe partes vnius collectionis catholicæ, quam ipſe viuificat, ac per hoc ad cōſtituendū vnam Eccleſiā catholicā. Verū effect⁹ charitatis ſunt duplices, quidā ſemꝑ formati, ut contritio: quidam qui poſſunt eſſe informes, ut miſereri, dare eleemoſinā propter Chriſtum. Vnitas etiā eccleſiaſtica licet ſimpliciter ſit formata, ſicut Eccleſia ſemper eſt in gratia, ut tamen eſt in hoc, uel illo, poteſt eſſe informis. Ar. præc. ad 3. arg. In epiſt. ad Titum c.3. Et propterea ſtat unitatem hanc eſſe effectū charitatis, & tamen poſſideri cū peccato mortali. Et ſtat aliquem nolle charitatem eſſe in ſe, uel in alio, & non eſſe ſchiſmaticum, niſi ad hoc deueniret, quòd nollet hunc effectum charitatis eſſe, qui eſt unitas Eccleſiæ. Et tunc etiam eſſet diſtinguendum: quia aliud eſt nolle unitatem Eccleſiæ eſſe, & aliud eſt ſubtrahere ſe animo ab unitate Eccleſiæ: ſicut aliud eſt, nolle fidem Chriſti eſſe: & aliud eſt, non credere ea, quæ ſunt fidei. Vtrobique enim primū ſpectat ad odium rerum ſpiritualium: ſecundum autem ad propria uitia ſchiſmatis, & hæreſis. Ad id uero qđ de obedientia obiicitur, dicitur, ꝙ nolle pertinaciter obedire ſummo Pontifici, non eſt ſchiſma: ſed nolle ſubeſſe ſibi ut capiti totius Eccleſiæ, eſt ſchiſma: ſicut non credere, eſt hæreſis. ¶ Ad tertium autem dubium dicitur, quòd contra unitatem Eccleſiæ dupliciter cōtingit peccare. Primò ſecundum intellectum, ſcilicet non credendo Eccleſiam eſſe unam capite, uel collectione, & hoc eſset peccatū infidelitatis: ſecundo, ſecundum

E uoluntatẽ, & hoc dupliciter. Primo ſecundum intẽtionem, cùm. ſ. aliquis licet credat Eccleſiam eſse unam, intendit tamen eius unitatem deſtruere odio, uel ira concitatus in illam, uel Papam &c. Secundo, ſecundum operis uoluntatem, cùm ſcilicet aliquis uult potius taliter ſe gerere, ac ſi non eſset pars Eccleſiæ, quàm a propoſito deſiſtere. Et hoc uidetur contingere his, qui præſumunt ſynodos uniuerſales congregare, uel congregatas, ſed diſſolutas tenere. Et utroque modo ſchiſma incurritur: ſicut homicidium incurrit non ſolum qui directe intendit occidere, ſed etiam qui potius uult opus agere, unde mors hominis ſequitur, quàm opus tale relinquere. Duplici autem diſtinctione opus eſt, ut perſpiciatur, quomodo ſchiſma tollit unitatem Eccleſiæ. Altera eſt de auferre ſecundum affectum, uel effectū: altera eſt de eo a quo aufertur, ſcilicet ab Eccleſia, uel a ſeipſo. Schiſmaticus. n. ſecundū affectū tollit unitatẽ ab ipſa Eccleſia: ſicut odio habens Deū,

tollit bonitatem ab ipſo, quantum in ſe eſt: ſecundum autem effectum tollit vnitatem Eccleſiæ a ſeipſo. Ad hoc enim efficaciter operatur, vt in ipſo non ſit vnitas Eccleſiæ, vt ipſe non ſit pars collectionis catholicæ.

¶ In eodem articulo aduerte, quòd quia bonum conſurgit ex cauſa integra apud Diony. 4. cap. de diuinis nominibus, malum autem ex ſingulis defectibus: ideo ad habendum hoc bonum, quod eſt eſſe mẽbrũ Eccleſiæ catholicæ, exiguntur duo. Primò ꝙ ſe habeat vt pars illius in credendo, ſperando, amando, ſanctificando &c. Secundò, ꝙ ſubſit Romano põtifici, vt capiti Eccleſiæ catholicæ. Propter qđ in litera dicitur, quòd vnitas Eccleſiæ conſiſtit in commiſtione membrorum, & hoc quantum ad primum. Fit enim hoc per hoc, quòd omnes ſunt compartes vnius, & in ordine omnium ad vnum caput, & hoc quantum ad ſecundum. Sed ad incurrendum hoc malum, quod eſt eſſe ſchiſmaticum, ſufficit alterum illorum. ſ. uel deficere a ſubiectione capitis, vel cõmunione cſivniuerſis. Et propterea in litera ſubduntur hæc duo gña ſchiſmaticorum, ut ibi patet.

1.2. q. 105. art.2.

D.707.

¶ In eodem articulo dubium occurrit, An perſona veri, certi, & indubitati Papę, poſſit eſſe ſchiſma[t]ica. Et uidetur quòd non, quoniam ab vnitate capitis deficere non poteſt, quia ipſe eſt caput: ab vnitate quoque Eccleſiæ deficere non poteſt, quoniam Eccleſia eſt in ipſo, iuxta illud Cypriani 7. quæſt. 1. Scire debes, vbi dicitur, Scire debes epiſcopum in Eccleſia eſſe, & Eccleſiam in Epiſcopo, & ſi quis cum epiſcopo nõ ſit, in Eccleſia non eſſe.

¶ In oppoſitum autem eſt, quoniam Papa poteſt incurrere in hæreſim, & conſequenter in ſchiſma: quia omnis hæreticus eſt ſchiſmaticus, licet non econtrario.

¶ Ad hoc dicitur, quòd licet diuerſæ ſint hic opiniones, abſque dubio tamen patet, quòd Papæ perſona crimen ſchiſmatis etiam ſine hæreſi incurrere poteſt. quod probatur ex eo, quòd adunatio partium, ſine quibus totum ſaluari poteſt, cum ipſo toto non eſt indiſſolubilis: ſed adunatio perſonæ Papæ cum toto, id eſt, Eccleſia, eſt talis ſcilicet, quòd ſine ipſa Eccleſia ſaluatur in ſua unitate. ergo perſona Papæ poteſt diſſoluere ſe ab Eccleſiæ unitate: hoc autem eſt eſſe ſchiſmaticum. Minor patet, ex eo, ꝙ ſede uacãte Eccleſia eſt una ſine ulla perſona Papæ. Contingeret autem hoc in animo quidem Papæ, ſi nollet communicare cum Eccleſia, ut pars illius, ut caput illius in ſpiritualibus: ſed habere ſe tãtum ut dominus temporalis: in opere uero, ſi facto hoc faceret, uel ſi excommunicare præſumeret Eccleſiam. Conſtat namque, quòd in huiuſmodi mala poſſet perſona Papæ incidere, ac per hoc vere ſchiſmaticus eſſe.

¶ Ad primum autẽ in oppoſitum dicitur, quòd [...] teſt renuere ſubeſſe officio Papæ, quod per [...] in ipſo. Et ſi hoc in animo pertinaciter gereret, [...] per ſeparationem ſui ab vnitate capitis. Ligat[...]

tiplicia ſigna confirmatum. Et ideo non oportebat, quòd peccãtes contra hanc fidem per idolatriam, punirentur inuſitata aliqua ſola pęna, ſed ſolum communi: ſed non erat ſic notum apud eos, ꝙ Moyſes deberet eſſe ſemper eorum princeps. Et ideo rebellantes eius principatui, oportebat miraculoſa, & inconſueta pęna puniri. Vel poteſt dici, quòd peccatum ſchiſmatis quandoque grauius, eſt punitum in populo illo, quia erat ad ſeditiones, & ſchiſmata promptus. Dicitur enim Eſdr. 1. c. 4. Ciuitas illa a diebus antiquis aduerſum reges rebellat, & ſeditiones, & prælia concitantur in ea. Pęna aũt maior quãdoque infligitur pro peccato magis cõſueto, vt ſupra* habitum eſt. Nam pęnæ sũt medicinæ quædã ad arcendũ homines a peccato: vnde vbi eſt maior pronitas ad peccandum, debet ſeuerior pęna adhiberi. Decem autem tribus non ſolum fuerunt punitę pro peccato ſchiſmatis, ſed etiam pro peccato idolatriæ, ut ibidem dicitur.

Ad secvndvm dicẽdum,[d] ꝙ ſicut bonum multitudinis eſt maius, quàm bonum vnius, qui eſt de multitudine: ita etiam bonum multitudinis, ad quod vnus ordinatur, eſt minus quàm bonum extrinſecum, ad quod multitudo ordinatur: ſicut bonũ ordinis exercitus eſt minus quàm bonũ ducis: & ſimiliter bonum eccleſiaſticæ vnitatis, cui opponitur ſchiſma, eſt minus quàm bonũ veritatis diuinæ, cui opponitur infidelitas.

Ad tertivm dicendum, ꝙ charitas habet duo obiecta, vnum principale. ſ. bonitatem diuinam, & aliud ſecundariũ. ſ. bonum proximi. Schiſma aũt & alia peccata, quæ fiunt in proximum, opponũtur charitati, quãtum ad ſecundarium bonum, quod eſt minus, quàm obiectum fidei, quod eſt ipſe Deus: & ideo iſta peccata ſunt minora quàm infidelitas. Sed odium Dei, quod opponitur charitati, quantum ad principale obiectum, nõ eſt minus: tamen inter peccata, quæ ſunt in proximũ, peccatum ſchiſmatis uidetur eſſe maximum, quia eſt contra ſpirituale bonum multitudinis.

Articvlvs III.

Vtrum ſchiſmatici habeant aliquam poteſtatem.

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur, quòd ſchiſmatici habeant aliquam poteſtatẽ. Dicit. n. Aug. in lib. contra Donatiſtas.* Sicut redeuntes ad Eccleſiam, qui priuſquã recederẽt, baptizati sũt, non rebaptizantur: ita redeuntes, qui priuſquã recederent, ordinati ſunt, nõ vtique rurſus ordinãtur: ſed ordo eſt poteſtas quædã. ergo ſchiſmatici habẽt aliquam poteſtatem, quia retinent ordinem.

¶ 2 Præt. Aug. dicit in lib. de unico baptiſmo. Poteſt ſacramentũ tradere ſeparatus, ſicut poteſt habere ſeparatus: ſed poteſtas tradendi ſacramentum eſt maxima poteſtas. ergo ſchiſmatici, qui sũt ab Eccleſia ſeparati, habent poteſtatem ſpiritualem.

¶ 3 Præt. Vrbanus Papa dicit, ꝙ ab Epiſcopis quondam catholice ordinatis, ſed in ſchiſmate a Romana Eccleſia ſeparatis, qui cõſecrati ſunt, eos cũ ad Eccleſiæ vnitatẽ redierint, ſeruatis propriis ordinibus, miſericorditer ſuſcipi iubemus, ſi eos uita, & cõſcientia cõmendat: ſed hoc nõ eſſet, niſi ſpiritualis poteſtas apud ſchiſmaticos remaneret. ergo ſchiſmatici habent ſpiritualem poteſtatem.

in terris timet ultorem. Cùm quis autem Papa[...] iudicium ex parte ſui officii recuſat, non recog[...] periorem, quàmuis hoc credat, tunc propriè ſchi[...] iuxta hunc ſenſum intelligenda ſunt uerba litteræ [...] lium. Inobedientia enim quantumcumque per[...] tuit ſchiſma, niſi ſit rebellio ad officium Papæ, [...] ut renuat illi ſubeſſe, illum recognoſcere ut ſuperiorem [...]

In reliquis eiuſdem quæſt. ar. nihil ſcribendum [...] in 3. artic. notetur diſtinctio poteſtatis ordinis & [...] quò ad originem, & permanentiam, ꝙ illa per con[...] per ſimplicem hominis iniunctionem fit. Et ideo [...] eſt, iſta autem a uoluntate hominis pendet.

¶ In quarto autem aduertatur, ꝙ ſicut petens [...] rio propter ſuam neceſſitatem, non peccat, quia [...] num a potente illud bene exhibere, ſi unicum pe[...] tis articu. baptiſmum a ſchiſmatico excuſatur. [...] na à potente illud bene exhibere, ſi ult[...]